



MEMORIAM
VIRI PRAENOBISSIMI AMPLISSIMI
ET CONSULTISSIMI
D O M I N I
MICHAELIS THOMASII
IVRIS VTRIVSQUE DOCTORIS
ET CAVSSARVM PATRONI
D. XXVIII. FEBR. A. R. G. cccc XXXIX
PLACIDA MORTE EXTINCTI
HOC PROGRAMMATE FUNEBRI
ACADEMIAE LIPSIENSIS
RECTOR.

Biogr. erud.
D. 230, 22.

Vt. Erud. f. - Bl. 1

Sc. m. J.


 Celebre est THOMASI ORVM nomen in republica litteraria. Nec sola Lipsia THOMASIOS, qui vti vrbem patriam: ita Germaniam vniuersam illustrarunt, felici partu edidit, sed aliae etiam Siciliae in primis et Hispaniae vrbes *Thomasios* produxerunt, cum nostris comparandos, immo, si illustres natales et dignitates illorum eminentes spectaueris, iisdem, multis fere parangis, anteferendos. Protulit Sicilia tres in primis *Thomasios*, *Carolum, Iulium et Iosephum Mariam*, ab ANTONINO MONGITORE in Bibliotheca Sicula ^{a)} descriptos, variis ingenii monumentis aliisque meritis celebratos, de quibus nonnulla differemus. *Carolus Thomasius*, Raguseae, ^{b)} Siciliae vrbe, natus est d. XVII. Octobr. A. c. 1500 xiv. parentibus *Ferdinando Thomasio*, Montis Clari Barone, et *Isabella Restia*. A. c. 1500 xxxvii. primum lapidem ad fundandum in Sicilia oppidum Palmae iecit, atque a PHILIPPO IV, Hispaniarum Rege, Ducis Palmae titulo A. c. 1500 xxxviii. insignitus fuit, non sine animi sui dolore, ab honorum et ambitionis stimulo alieni. A. c. 1500 xl. in gratiam fratris sui, *Iulii Thomasii*, sponsam sibi paratam ac Principatum cessit, et Panormi Clericorum Regularium Ordinem A. c. 1500 xlii est amplexus. A. c. 1500 lvi. Romam petiit, et ibidem Pontificibus, ALEXANDRO VII. et CLEMENTI IX. carus, ac Purpuratis Patribus, *Valdarico Carpegnæ, Gregorio Barbadico et Sfortiae Pallavicino* familiaris, Romæ ipsis Cal. Ian. A. c. 1500 lxx. deceffit, euulgatis multis operibus, ad Theologiam scholasticam et moralem pertinentibus, longa serie a MONGITORE p. 131. recensitis. Eius frater geminus fuit *Julius Thomasius* et *Carus*, Dux Palmae, a Carolo II. titulo Principis Lampadusæ auctus, qui a pietatis studio celebratur. Obiit d. XIII. Aug. A. c. 1500 lxvii. Palmae cum hac inscriptione sepultus:

**IVLIVS THOMASIVS ET CARVS
VT VITAE FABVLA AEVI VMBRA
FATI DIES
MENTI ASSIDVA RECORDATIONE
OBSERVARENTVR
VIVENS SIBI POSVIT.**

Scripsit Etrusco sermone Breuem Noritiam Equitum S. Iacobi, Instructionem pro filio suo *Ferdinando, Italiam et Germaniam peragratur* et Epistolas, quae omnia in Blasii a Purificatione Vita eius Romæ A. c. 1500 LXXXV. 4. edita habentur. ^{c)} *Iosephus Maria Thomasius, Iulii Thomasii, Palmae Ducis, filius, Alicante in Sicilia natus d. XII. Sept. A. c. 1500 XLIX.* Clericorum Regularium Ordini nomen suum Panormi dedit. Laudatur a singulari pietatis studio, Graece et Latine doctissimus fuit, et tandem a CLEMENTE XI. A. c. 1500 XII. Cardinalis factus, reluctante eius modestia, Romæ A. c. 1500 XIII. primo Ianuarii extinctus est. Agit de eo MONGITORE in Bibl. Sicul. p. 390. et in Append. P. II. p. 43. nec non alii ab eo excitati scriptores. Enostrius CHRISTIANVS GRUNDMANNVS in Vnus litteratorum T. VII. Miscell. Lips. p. 351. eum magnis laudibus ornauit, et eius scripta, magnam partem, magni omnino facienda, recensuit. Cuius quidem et Presbyteri Panormitani de Cardinali Thomasio notitiae addimus, Observations supra duos eius libros, Codices scilicet sacramentorum et antiquos libros Missarum Romanae Ecclesiae A. c. 1500 XXII. prodiisse, Iacobo Laderchio, infelici illi Annalium *Caesaris Baronii* et Odorici Raynaldi Continuatori, fortasse adscribendas. In his observationibus obiicitur Thomasio Cardinali, quod Paschadium Quesnellum eruditum vocavit, quod solennitatem Cathedrae S. Petri post saeculum octauum reiecerit, quod inter primos sit, qui in dubium vocarint, Anastasium vitarum Pontificum esse Autorem. Obiiciuntur ei alia, quae Cardinalem fere haereseos suspectum reddere debent. Sed masculum hic Purpuratus Pater est nactus vindicem, auctorem anonymum Defensionis ^{d)} librorum Liturgicorum Ecclesiae Romanae et sacrae personae venerabilis Cardinalis etc. Panormi A. c. 1500 XXIII. 4. excusae; in qua multa, nec nostris hominibus inutilia, afferuntur. Sed ab illustribus Siciliae Thomasiis ad Michaelem Thomasium, Taxaquetum, est progrediendum. Hic Balea-

a) Tomus I. A. c. 1500 VII. et T. II. A. c. 1500 XIV. Panormi in fol. prodiit.

b) NICOLAVS TOPPIVS in Bibliotheca Neapolitana p. 60. per errorem sine dubio eum *Capuanum* appellavit, quod *impudentissimo mendacio*, parum quidem modeste, fieri affirmat ANT. MONGITORE p. 130.

c) Vid. MONGITORE Bibl. Sic. p. 416.

d) *La Difesa de' libri Liturgici della Chiesa Romana e della sacra persona del Venerabile Cardinale, GIV-SEPPE MARIA TOMASI*, Clerico Regolare, illustratore e divulgatore di essi. Contro certe Observazioni sparse d'intorno. plag. XVIII.

Balearis Maioricensis, teste NICOLA O ANTONIO, in Bibliotheca Hispana, ^{c)} tum Illeidae apud Catalanos, tum Bononiae in Italia Iuri operam dedit, ad quod studium non leui eloquentiae, historiarum et philosophiae cognitione se praeparauebat. Synodo Tridentinae interfuit Canonum Doctor, postea sub auspiciis PII V. et GREGORII XIII. Decretum Gratiani emendauit, teste LATINI LATINIL, Viterbiensis, carmine, ad Antonium Augustinum, Archi-Episcopum Tarracensem perscripto, et, a NICOLA O ANTONIO, in Bibliotheca citata, producto:

Viderit haec Pyrrhus, videat quoque Fulvius at me

Non Petrus id Ciacconius.

Nec mihi iamdudum coniunctos inter Iberos

Thomas Michael perdocent.

Quorum lecta piis solers industria

Ad Gratiani vulnera

Non sananda modo sed restituenda nitori

Fructus perennes parturit.

Hos ego censores vitae morumque magistros

Libenter Antoni sequor.

Successit Michael Thomasius Antonio Augustino in Episcopatu Illedensi. Edidit Lactantii Opera Antuerpiae A. c. 1510 LXX. 8. sed, ut orthodoxum magis reddebat Christianorum Ciceronem, eum nonnulla contra fidem MSStorum emendasse affirmat RICHARDVS SIMONIVS in Epist. select. T. II. Ep. 25. p. 172. seqq. editionis recentissimae, et in Bibliotheca Critica T. II. p. 442. Publicauit alia Michael Thomasius, reliquit nonnulla in MSto, a NICOLA O ANTONIO l.c. recensita, ^{f)} et de Michaele Thomasio Lipsiensi potius dicendum est, Iacobi Thomasii filio, et Christiani ac Godofredi Thomasiorum fratre. De Iacobo Thomasio, felicissimo hoc trium filiorum Parente, paullo post exponemus, si prius Christianum et Godofridum eius filios laudauerimus. Christiani Thomasii nomen nemo ignorat, illustrem Lipsiensem, Potentissimi Borussiae Regis Consiliarium intimum, Vniuersitatis Fridericianae Directorem ac Professorem Primarium, et Facultatis Iuridicae Ordinarium, qui quamquam d. XXIII. Sept. A. c. 1500 CC XXVIII. e viuis sublatus fuit; eius tamen nomen, quamdiu Philosophiae et Iurisprudentiae, quam vtramque scriptis suis illuminavit, honos habebitur, nunquam interibit. Viuit adhuc Godofridus eius frater Norimbergae, et vtinam quam diutissime, artis salutaris decus, Medicus elegantissimus, carissimum Musis caput, et selectissimae Bibliothecae Possessor. Coluit autem noster MICHAEL, Lipsiae d. XXIX. Ian. A. c. 1500 CLXXIV. in lucem editus, cum Christiano et Godofrido ex prima vxore, Weberia, natis, parentem, Jacobum Thomasum, Eloquentiae Professorem Publicum Ordinarium, Academiae Decemuirum, Collegii minoris Principum Sodalem, Scholaeque Thomanae Reetorem, matrem autem Mariam Elisabetham, natam Eichhorniam, Ioannis Hornschuchri, Professoris quondam Graecae linguae publici, relictam viduam. Auus paternus fuit Michael Thomas, Hereditarius Troschenreuthi et Wiedersbergae, I. V. Doctor et Practicus Lipsiensis. Auia paterna fuit, Anna, D. Iacobi Schultesii, I. Cti, Ducum Saxoniorum Altenburgicorum Consiliarii et caussarum Patroni, filia. Auus maternus fuit Georgius Eichhorn, Senator et Praetor Lipsiensis, Tutoriaeque administrationis Assessor. Proauus maternus fuit Bartholomaeus Eichhorn, Senator Lipsiensis Senior et aedilis urbis, Munsterstadii in Franconia ortus. Auia materna fuit Agnes, nata Schadiæ, M. Matthei Schade, I. V. Candidati et Senatoris Illeburgensis, filia. In primis autem in magna felicitate collocandum est, quod noster Michael Patre Iacobo Thomasio natus fuit, Philosopho et Philologo insigni, viro pio, Polyhistore magno, et, quod raro coniunctum esse solet, modestissimo, qui suo se modulo metitus semper est, et haec ad Christianum Daumium d. XIII. Febr. A. c. 1500 CLVI. inter alia perscripsit, ex eius Epistolis MSStis, quarum LXXVI ad Daumium a nobis possidentur, hic communicanda: Aequali conditione homines sumus. Quotidie fere mibi vsu venit, ut errores meos agnoscam, et corrigam, siue a me, siue ab aliis edocet. Etsi vero incomparabilis hic Parentis Michaeli nostro, puero decenni, fuit ereptus: Mater tamen nihil orum, quae ad Michaelem suum, et capitibus religionis, et bonis litteris, instruendum, facere possent, intermisso censenda est. A. c. 1500 CLXCI. albo ciuium inscriptus THOMASIVS in scholis Ioannis Cypriani, Adami Rechenbergii, qui sororem suam natu maiorem uxorem duxerat, Io.

e) in Bibliotheca Hispana Noua et quidem T. II. pag. 117. Romae A. c. 1500 LXXXI. fol. publicato.

f) Vide etiam de Michaele Thomasio ANTONII AVGUSTINI Dialogos de emendatione Gratiani p. 26. 66. 238. 271. ex edit. a STEPHANO BALVIZIO A. c. 1500 CLXXII. Lutet. Paris. 8. euulgata.

Henri-

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

Henrici Ernesti et Hieronymi Dicelii philosophiam excoluit, post duos annos, profectum, quos fecerat, specimen publicum in Philosophorum Cathedra edidit, defensa publice d. XI. Nou. A. c. 10c xciii. M. Ioannis Gottlob Vulpii, de viuicomburio orthodoxorum, a Papistis iniuste introducto, dissertatione. Postquam autem Iurisprudentiae studio se addicere constituerat: celebres illius aetatis Iureconsultos, Bartholomeum Leonhardum Schwendendorfferum, Andream Mylium et Lüderum Menckenium adiit, et sub huius praesidio in Cathedra Iureconsultorum selectas iuris ciuilis contiouersias disputando excusfit, non insalutatis Christiani Weidlingii, affinis sui, recitationibus. A. c. 10c xcvii. Cal. Iul. Praefide eodem Menkenio, de praerogatiua agnatorum p[re]e cognatis in suscipienda tutela curaue quoad allodium et feudum, ex Cathedra Iureconsultorum, disputauit, eodem anno inter Candidatos, ad Facultatem promouendos, et in numerum Aduocatorum receptus. Inde iter per Germaniam in Belgium suscepit, atque ex illo reuersus, Vittebergam concessit, ad summos in Iure honores capessendos, quod etiam factum est d. XV. Sept. A. c. 10c i. habita non sine applausu, sub praesidio Doctoris Georgii Michaelis Heberi, de exceptionibus Iudicii opponendis, dissertatione auspicali. Eodem anno animum ad matrimonium appulit, d. XXII. Nou. cum Elisabetha, Georgii Hauptii, Senatoris et Mercatoris Grimmenensis, filia, tunc Henrici Wilhelmi Meyeri, Senatus Lipsiensis Protorationarii, vidua, sacro solemni ritu coniunctus. Haec parentem eum fecit quatuor liberorum, 1) Gottlobii, Philosophiae et Iuris Vtriusque Doctoris, d. VI. Jun. A. c. 10c iii. nati, nunc caussarum Patroni, et quibusdam doctrinae speciminibus, ex Philosophorum et Iureconsultorum cathedra defensis, incliti, 2) Clarae Reginae, natae d. VII. Sept. A. c. 10c v. d. XIII. Dec. anni sequentis mortuae, 3) Sophiae Elisabethae, natae d. XVII. Ian. A. c. 10c vii. et A. c. 10c xxix. Viro Maxime Reuerendo atque Amplissimo, Domino Gottlieb Gaudlitzio, S. S. Theologiae Licentiato, et Concionatori Vespertino Thomano longe meritissimo, in matrimonium collocatae. 7) Vedit ex hoc iucundo matrimonio nepotes neptesque noster THOMASIVS 1) Fridericam Rabelem, d. VII. Sept. A. c. 10c xxx. natam, 2) Gottlieb Fridericum, d. XIII. Augusti A. c. 10c xxxiv. natum, sed haec neptis et hic nepos A. c. 10c xxxv. vno fere eodemque tempore immatura morte deceaserunt. 3) Jacobum Thomam, d. XXX. Ian. c. 10c xxxvi. natum, 4) Dorotheam Elisabetham, d. XVIII. Jun. A. c. 10c xxxviii. natam, ambo per Dei gratiam superstites. Sed regrediendum est a matrimonio filiae ad matrimonium Parentis. Is enim d. XVIII. Ian. A. c. 10c ix. secundum filium ex sua coniuge sustulit, Traugottum nomine, iam vero I. V. Doctorem, qui disputationibus pariter ac recitationibus de Academia bene promereret studet.

Symbolum NOSTER, vocem humilitatis, sibi elegerat, et reuera humilem vbique se exhibere contendit. Pauca cum aliis, sed eo frequentius cum Deo locutus est. Locutus est cum Deo domi, locutus est cum eo in sacris publicis, quae diligentissime frequentauit, vereque de illo affirmari potest, eius vitam, per viginti fere annos, non nisi perpetuam mortis meditationem fuisse. Excitauit se variis sententiis, quas vbique fere manu sua adscripsit, v. c. discemantis tranquillitatem; Amice viue deuote, ut possis mori in pace. In ultimo, quo laborauit morbo, clepsydram suam, qua alias v[er]sus est, lecto suo apponendam curauit, cui praeter alia, contra terrorem mortis facientia, haec verba inscripsit: Definet meum tempus. Et certe defiit eius tempus. D. XXI. Febr. concioni pomeridianae interfuit, et saluus atque incolmis quieti se tradidit. Sed illa quies haud parum fuit interrupta, postquam vehemens frigus eum adoriebatur, et postea inflamatio pulmonum cum febre acuta sequebatur, quam multum sputi cruenti excipiebat. Mala etiam tussis pectus tundebat, et aegrotus spiritum difficulter trahebat. Quanquam autem respiratio, medicaminibus ab Excellentissimo Domino D. Quellmaltzio adhibitis, per primos morbi dies facilius procedebat; aestus etiam febrilis per interula imminuebatur: illa spes tamen non fuit diurna, febre acuta, tempore vespertino, vna cum reliquis symptomatibus, maiori cum impetu, redeunte. Hinc etiam factum est, ut reliquis corporis viribus, satis quidem, vel ob habitum corporis, vel ob prouectam aetatem, exiguis, in dies magis magisque imminutis, NOSTER THOMASIVS d. XXVIII. Febr. circa horam I. matutinam Spiritum suum Seruatori suo, IESU CHRISTO, reddiderit. Vixit NOSTER sexaginta quinque annos et quatuor hebdomadas. Dies eius emortalis in diem Macarii incidit. Bono sane omine. Μανάριοι ει προσεῖς. Beati enim sunt mites.

P. P. Lipsiae Fer. I. Paschat. A. R. G. c. 10c xxxix.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.